tempus ff. pro ſocio, l. fin. in fine ff. quæ in fraudem creditorum, Math. Brun. de ceſſ. bonor. q. 15. parte 1. princ. num. 5. in fine, ita quando doloſus excluditur, intelligitur de dolo vero in committendo, non autem præſumpto, & in omittendo. Jo: Bapt. Coſta d. remed. 27. num. 13. 14.

10 Fallit quartò. Ubi diligentia nihil proficeret, quia in eo caſu, negligentia non debet nocere, ut aliquod incommodum reportet, ſed potius prodeſſe, ut commodum ſentiat, argum. ex l. fin. §. ſi ea conditione ff. ad l. Rhodian. de jactu., Capella Toloſ. q. 257. nu. 6. Bellet. diſquiſ. cleric. de diſciplin. Cleric. §. 20. num. 15.

11 Fallit quintò, quia contumax ex mera negligentia, & contumatia facta, cum negligens dicatur, qui ſæpè conventus, ſui præſentiam non facit l. de unoquoque §. qui apud ff. de re Jud., non mulctatur Marant. in ſpeculo p. 6. de contumatia num. 9., Addent ad Deciſ. 2., alias 49. de dolo, & contumatia in novis littera A., D.D. in l. 1. §. fin. ff. ſi quis juſdicenti non obtemper.

12 Fallit ſextò, quia ſi quis condemnetur in contumatia ficta, ex mera negligentia, pro nonapparitione, ex quò alias debuiſſet incurrere infamiam, non comparendo, & ſic negligens evitat infamiam, Seraph. Deciſ. 376. num. 9., & ſeqq., Bartol. in l. ictus fuſtium col. fin. ff. de iis, qui not. infam., Rota deciſ. 449. num. 7. p. 1. recent., Sperell. deciſ. 116. n. 59.

13 Fallit ſeptimò, ſi hæres negligat implere conditiones turpes præceptas à teſtatore, non amittit, immò adhuc aquirit hæreditatem, licet teſtator impoſuiſſet pœnam amiſſionis, in caſu non implementi, ut eſt tex. in l. unica, ibique Salicet C. de his, quæ pœnæ nomine.

14 Fallit octavò, quia minori moroſo, in non faciendo, & ſic negligendo, competit beneficium reſtitutionis in integrum. Rota coram Royas 1. Julii 1648. in Ferrarien. de Pendaſiis ad fin. Odd. de reſtit. in integ. p. 2. q. 82. Card. in Clem. 1. num. 15. de in integ. reſt. Gratian. diſcep. for. c. 656. num. 3.

15 Fallit nonò, in excommunicatione incurrenda, quando ad eam incurrendam, requiritur præſumptio, vel temeritas, ſi enim ex mera negligentia non facit id, ex cujus omiſſione, cum præſumptione impoſita ſit excommunicatio, cum merè negligens non dicatur præſumens, nec temerarius, ideò excommunicationem, non incurrit; ita in caſu, in quo, quis teneatur ex offitio impedire delictum, & ex mera negligentia, non impediat, ut in violatione Clauſuræ Monialium, non incurrit, ut poſt Suarez, notat Naldus in ſumma V. Monialis ſub num. 6., quia præſumptio importat dolum, Barboſa de diction. dict. 278. num. 2., quem dolum non importat, mera negligentia.

16 Fallit decimò, in Tutore, qui negligat ſervare præcepta teſtatoris, prohibentis diſtrahere res hæreditatis periculo ſubjectas, etiam adhuc neglecto præcepto, ſi diſtrahat eas, ne pereant, prudenter facit, & laudandus eſt l. quidam decedens §. uſque ad eo ff. de adminiſtr., & periculo tut. & curat.

17 Fallit undecimò, in debitore negligente ſolvere debitum, qui ex propria negligentia, commodum reportat in caſu Statuti Ferrariæ l. 2. rub. 128. ubi Pigant. num. 23., quod illud Statutum, prodeſt debitori moroſo ſolvere ultra annos 15, quatenus per curſum tanti temporis præſumitur ſolviſſe, ſicquè debitori defertur juramentum, & jurat ſe ſolviſſe debitum, quo jurato, abſolvitur, & liberatur; nota tamen, quod non poteſt, nec debet contra conſcientiam jurare, ſed caſus poterit evenire, data erroneitate conſcientiæ, dum oblitus, ex tanto temporis curſu, putet ſe ſolviſſe, & juret; quod contingit in parato ſolvere, ſed ex aliquo inopinato emergente non ſolvit; poſt temporis autem lapsũ exiſtimet, ſe tunc ſolviſſe, vel receptionis ſchedula apud ſe inventa, quæ ſub ſpe futuræ enumerationis, eidem fuerat relaxata, atque in ea, ſolutionis antiquæ præſumptio fundatur; ita & hæredes debitoris, putantes veroſſimiliter debitorem ſolviſſe, ſi jurent ſe credere, debitum fuiſſe ſolutum, abſolvuntur ab impetitis per Creditorem; rationem in ſimili legis hiſpanæ diſpoſitione affert Gutierez in repetitione l. Nemo poteſt ff. de leg. 1. à num. 480., & ſeqq., ſcilicet hoc rationabiliter fuiſſe diſpoſitum, tum in odium negligentiæ Creditoris, tum ne debitum iterum, atque iterum exigatur.

Requiri tamen bonam fidem, tam in debitore, quam in hærede notat, idem Gutierez ſupra num. 481. alias ſtatutum eſſet genitivum peccati, & ſic non eſſet ſervandum.

ARTI-

ARTICULUS XII.

An Negligentia præſumatur, vel ſit probanda.

1 REgula eſt, quod negligentia non præſumitur, ſed debet probari ab eo, qui in ea ſe fundat, l. 3. §. ſi ad diem ff. de re millit., Aflict. deciſ. 13. nu. 28., Seraph. deciſ. 455. num. 3., & deciſ. 397. num. 4. Rota deciſ. 111. num. 9. p. 17. recent., Riminald. Junior conſ. 165. num. 44., Ludov. deciſ. 278. nu. 10. 14., maximè in re ſua, in qua nemo præſumitur negligens; Burat. deciſ. 484. num. 1. Maſcard. de prob. concl. 1193., & concl. 1218. num. 2., & concl. 1327. num. 3., Cravet. conſ. 240. num. 3. vol. 2., Aflit. deciſ. 13. num. 18., & in dubio non præſumitur negligentia, ſed diligentia c. niſi de præben., Cravet. conſ. 77. n. 12., & conſ. 249. num. 3., Roman conſ. 481. n. 9., Boer. deciſ. 216. nu. 6., Farinac pract. crim. q. 31. num. 18., Conciol. alleg. 79. num. 3., Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 77. num. 3., Gratian. diſcep. for. c. 221. num. 13., Barboſa de poteſtate Epi. alleg. 58. num. 18. Et in dubio ſemper diligentia præſumitur: Bartol. in l. ſi cum videret §. fin. ff. de pignor., Surd. conſ. 12. Præſens quæſtio num. 18., & deciſ. 221. nu. 2., Amat. deciſ. Rotæ Ferrariæ deciſ. 7. nu. 8., Ratio eſt, quia cum negligentia, vel ſit culpa, vel culpam involvat, (ut ſupradictum eſt;) culpa verò non præſumitur: gloſ., & DD. in l. quoties §. qui dolo, ff. de prob., Farinac. pract. crim. q. 89. num. 10., ubi quod ad tollendam culpam, quiſque præſumitur: feciſſe in rebus alienis diligentiam, quam facit in ſuis; Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 3. num. 123., Maſcard. de prob. conſ. 468. num. 4., ſequitur, quod neque negligentia præſumatur: Rota Genuæ deciſ. 76. num. 6. 7. 8. 9.

2 Amplia primò, ut etiam, qui hodie eſt negligens, non præſumitur retro fuiſſe negligens, juxta Theoricam Bartoli in l. ab hoſtibus, §. ſed hoc ſimpliciter in 3. col. in fine ff. ex quibus cauſis major: &c.

3 Amplia ſecundò, quod ſi de negligentia, etiam conſtaret, tamen ea non præſumitur doloſa, quia & culpa, & dolus non præſumuntur: Ludoviſ. deciſ. 169.

4 Ex quibus ſequitur, quod in Medico non præſumitur negligentia, in curando vulnerato, ſi ex eo vulnere moriatur, etiam ſi non erat certum, utrum vulnus eſſet mortale, quia potius præſumitur obiiſſe, ex ſua incuria, vel alia cauſa, quam negligentia Medici, l. quoties §. qui dolo ff. de probat., Farinac. pract. crim. q. 127. num. 90., & 91., Maſcard. concl. 1093. num. 4.

5 Ita pariter neque in Marito, præſumitur negligentia, in adhibendo medicum in infirmitate Uxoris, ſi ea moriatur, ſed ab allegante debet probari Farinac. q. 120. num. 95. & ſeqq.

6 Contrahentes pariter, non præſumuntur negligentes in ſuo negotio, c. niſi eſſent in principio de præbend., c. ad audientiam de præſcript., Rota coram Litta in Romana domus, quæ eſt deciſ. 26. ſub num. 7. in Poſth. Farinac. p. 2.

7 Fallit tamen hæc regula in pluribus caſibus, in quibus negligentia præſumitur, & quidem primò, ſi Uxor obiit, & maritus in illius infirmitate medicum non adhibuit, præſumitur propter Mariti negligentiam obiiſſe, Farinac. q. 120. num. 74., & ſeqq., negligentia verò, in hoc caſu præſumitur, ſi erat in loco, ubi eſſent Medici, qui potuerint à Marito adhiberi, Farinac. ſupra num. 96. 97., licet in hoc caſu, potius conſtet de negligentia, quam præſumatur.

8 Fallit ſecundò, ſi vulneratus erat vulnere certo non lethali, nec de alia cauſa mortis conſtat, præſumitur ex ſuo malo regimine, & negligentia obiiſſe. Farinac. q. 127. num. 16.

9 Fallit tertiò, in eo, qui ad cuſtodiam rei ex contractu tenetur, ſi aliquid mali contingat, ut putà furto ſubripiatur, vel corrumpatur, id culpæ cuſtodi imputatur, & negligentia præſumitur, arg. in l. ſi Colonus, in l. furtum ff. arborum fuit cæſar: Bald. conſ. 190. lib. 2., Alex. conſ. 117. lib. 5., Menoch. conſ. 130. num. 4. lib. 1., Carot. de locato p. 4. q. 7. n. 12., Laderch. conſ. 154., Amat. deciſ. Ferrariæ 42. num. 2., Leoncil. deciſ. Ferrariæ 77. num. 19., Conciol. alleg. civil. 1. num. 39.

10 Fallit quartò, in eo, qui ſemel fuit negligens, quia & in præſenti, præſumitur negligens, tex. clarus in c. ſcribam de præſump., &

facit *tex. in c. mandata eod.*, *& c. ſemel de reg. jur. in* 6., *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *q.* 24. *n.* 23., *&* 27., *Paulus de Caſtro conſ.* 46. *num.* 1. *lib.* 2., *Gratian. diſcep. for. c.*223. *n.*25., *Abbas in d. c. ſcribam* deducit, quod qui de præterito ſtuduit negligenter, in futurum præſumitur, quod erit etiam negligens in ſtudendo.

11 Fallit quintò in cuſtode carcerum, in quo negligentia præſumitur, ſi carcerati aufugiant: *l. fin. V. ſed ſi cuſtos*, *& V. ſi caſu ff. de cuſt. reorum*, ubi *Alberic.*, *Pariſ. de Puteo de Syndicatu V. carceratus c.* 3. *num.* 6., *Angel. de Malef. in V. quod fama publica præcedente poſt num.* 91. *in addit. littera B.*, *Boer. deciſ.* 216., ubi latè plures caſus deſcribit, in quibus negligentia carcerarii præſumitur; ut ſi mulier carcerata reddacta ſit prægnans; ſi occiſus ſit carceratus; ſi venenum, aut gladius, aut funis ſint delato in carcerem, præſumitur negligentia Comentarienſis, *Farinac. pract. crim. q.* 31. *num.* 20., ubi in ſeqq: habes limitationes, & ſublimitationes, ubi *nu.* 38. 39., etiam ſi carceratus fugiat de die, vel de nocte, & dicam latius de negligentia Cuſtodum.

12 Fallit ſextò, in Argentario, qui ſi amittat inſtrumenta, & ſcripturas apud ſe detentas, præſumitur negligentia ſua amiſiſſe, & ſic negligentia in eo præſumitur: *l. ſi quis ex argentariis* §. *fin.*, ubi *gloſ. in V. in longinquo habere ff. de edendo*.

13 Fallit ſeptimò in Notario, qui ſi amittat ſcripturas, quas apud ſe cuſtodiebat, præſumitur ex negligentia ſua amiſiſſe. *Paulus de Caſtro in d. l. ſi quis ex argentariis* §. *Prætor ait num.* 6., *Greg. Deciſ.* 129., & exactè habetur *in deciſ.* 349. *max. num.* 5. *impreſ. poſt tom.* 4. *conſ. Farinac.*

14 Fallit octavò in Agnatis differentibus collocare puellas in matrimonium, ultra 25. annum, quia tunc ſi puellæ peccaverint in corpus ſuum, id culpæ eorum, & negligentiæ imputatur, ita ut puellæ dotem non amittant, nec debeant exhæredari; *Auth. ſi poſt C. de inoff. teſt.*, & ad hunc effectum agnati præſumuntur negligentes, ita ut ad eos ſpectet in contrarium probare, *Decian. conſ.* 32. *num.* 29. *lib.* 2., *Laderch. conſ.* 127. *num.* 4., & poſt eos *Pigant. ad Statut. Ferrariæ tom.* 2. *rub.*440. *num.* 20., negligentia enim agnatorum in hoc caſu convincitur ex eo ſolum, quod filia expectaverit uſque ad 25. annum; *Barboſ. ad d. Auth. ſed ſi poſt num.* 3., dum per ſolum lapsũ temporis, in jure conſtituti, parentes conſtituantur in mora notoria, & negligentia collocandi filiam in matrimonium; *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *p.* 1. *nu.* 45. *ad finem*, *Sanchez. de matrimon. lib.* 4. *diſp.* 24. *num.* 12.

15 Limitarem tamen ſi filia, vel alius vellet agere contra parentes, & velet ſe fundare in hac negligentia, quia tunc non præſumitur negligentia, ſed veniat probanda ab his, qui ſe fundant in ea, eo quia parentibus poteſt competere aliqua legitima excuſatio, quod per eos non ſtetit, ſed puta, quia nemo virorum inventus eſt, qui puellam ducere velit in matrimonium, vel ſi inventus, ipſa puella recuſaverit acceptare, & ſimilia; in quibus caſibus parentes non poſſunt dici negligentes, ſicuti diligentia regulariter præſumitur; tamen ubi quis, vel agendo, vel excipiendo fundat ſuam intentionem in diligentia, tunc diligentia non præſumitur, ſed eam debet probare. *Ludov. deciſ.* 278. *nu.* 10., *&* 14., *Grat. conſ.* 46. *num.* 21. *lib.* 2.

16 Fallit nonò in Penſionario, qui non exegit penſiones unius, vel plurium annorum, à præceſſore benefitiato mortuo, & vult exigere penſiones decurſas præteritorum annorum à ſucceſſore, hic repellitur tamquam negligens in tali exactione, & ita præſumitur in eo negligentia, ut non poſſit conſequi, niſi prius probet, ſe adhibuiſſe omnem poſſibilem diligentiam contra præceſſorem, quæ ſententia hodie tamquam plena æquitate, eſt receptiſſima apud ſuprema Tribunalia, & Rota paſſim ita ſervavit, ut *in Alexanen. penſionis* 12. *Februarii* 1610. *coram Marquemont*, *& in Cæſarauguſt. penſionis* 13. *Aprilis* 1593., *coram Pamphilio apud March. de commiſſ. p.* 1. *fol.* 605. *&* 606. *Lother. de re benefic. lib.* 1. *q.* 39. *num.* 107. *& ſeqq.*, *Gratian. diſept. for. c.* 94. *n.* 59., *Tondut. qq. benef. p.* 2. *c.* 1. §. 4. *num.* 64., & dicam de negligentia penſionariorum.

17 Et quod ſolumodo, conſtito de diligentiis contra præceſſorem, agatur contra Succeſſorem, poſuit *Gegor. Deciſ.* 507. *num.* 5., & ibi addent *num.* 7., *Seraph. deciſ.* 1351. *num.* 1., *Garzias de benefic. p.* 1. *c.* 5. *nu.* 199., *Gratian. d. c.* 94. *nu.* 59., *Puteus deciſ.* 189. *lib.* 2., *Mareſcot. variarum lib.* 2. *c.* 18. *nu.* 54., *Jo: Fran. Leo in Theſaur. for. Eccl. p.* 2. *c.* 7. *num.* 53., & ita debet conſtare de diligentiis factis, ut ſucceſſor non poſſit excipere de dolo, vel culpa in exigendo, *Lother d. q.* 39. *num.* 112., *& n.* 120., *& num.* 127. *& ſeqq.*, *Merlin. de pignor.*, *& hypoth. lib.* 2. *tit.* 3. *q.* 92. *num.* 5. *V. quia tamen,*

men,

men, *Saluſt. Tiber. in ſua pract. lib.* 3. *c.* 3. *num.* 24., *Pacific. de Salvian. interdict. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 629.

18 Fallit decimò, in cenſuario, qui non exegit cenſus annorum præteritorum, & vult agere hypothecaria, vel Salviano, contra tertium poſſeſſorem, qui ſi arguatur de negligentia in exigendo cenſus decurſos ab eo, qui ad illorum ſolutionem tenebatur, ita præſumitur negligentia in eo, ut teneatur probare ſe feciſſe diligentias requiſitas &c. *Foler. pract. cenſual. in V. hujuſmodi num.* 97., *Gabriel. conſ.* 47. *num.* 16. *lib.* 1., *Surd. deciſ.* 32. *nu.* 9., *Redoan. de reb. Eccl. non alien. q.* 16. *num.* 64. 65., *Cencius de cenſibus p.* 2. *c.* 2. *q.* 5. *art.* 9. *n.* 64., *Felician. in commentar. de cenſibus tom.* 1. *lib.* 3. *c. ult. num.* 2. *ad finem*. Et faciunt, quæ proximè dicta ſunt de penſionibus.

19 Fallit undecimò, in Patrono laico, vel Eccleſiaſtico beneficii, qui ſi non præſentavit ad Beneficium in tempore ſibi à jure ſtatuto, ideſt reſpectu Patroni laici, infra quadrimeſtre, à die ſcientiæ vacationis Benefitii, & reſpectu Eccleſiaſtici Patroni, infra ſemeſtre à die pariter ſcientiæ vacationis, *c. unico* §. *verum*, *& ibi gloſ. de jur. patron. in* 6., quod etiam habet locum in Epiſcopo, etiam uti Ordinario Collatore, qui pariter tenetur infra ſex menſes conferre: *c.* 2. *de conceſſ. præb.*, *c. licet de ſupplenda negl. Præl.*, *Clem.* 1. *de ſupplend. negl. Præl.*, in iis omnibus præſumitur negligentia in præſentando, & conferendo reſpectivè, ita ut elapſo tempore conſtituto, ut notatum eſt, in pœnam negligentiæ, devolvatur collatio Beneficii ad alios: *c. licet de ſuppl. negl. Præl.*, *c.* 2. *de conceſſ. præb.*, *Vivian. de Jure patron. lib.* 14. *c.* 6. *num.* 17., *& ſeqq.*, & elapſo tempore is, ad quem dovolvitur, ſtatim conferat, nec attenditur ulla excuſatio, aut impedimenti probatio, neque moræ purgatio, *Barboſa ad c. licet num.* 7. *de ſuppl. negl. Præl.*, *& ad c. fin. nu.* 3. *&* 4. *de elect.*, *Maſſobr. praxi habendi concurſum requiſito* 1. *dub.* 24. *num.* 9., *Vivian. ſupra num.* 20., *Lambert. de Jur. patron. p.* 2. *lib.* 2. *art.* 26. *q.* 1. *princ.*

20 Primò, Limita tamen, ſi Patronus præſentaverit, antequam Ordinarius conferat, vel Ordinarius contulerit, antequam Superior ad quem devolvitur, conferat, quia tunc ceſſat præſumptio negligentiæ, immò præſumitur diligentia, ideſt quod præſentaverit, vel contulerit in tempore ſibi conceſſo, & dicenti in contrarium negligentiam interveniſſe, incumbit onus probandi, *Innoc. in c. quia cunctis ſub num.* 3. *de conceſſ. præb. in* 6., *Lambertin. de Jure Patron. p.* 2. *lib.* 2. *art.* 25. *q.* 1. *prin. ſub num.* 2. ubi, quod præſumptio negligentiæ in præſentante, ſubmovetur per admiſſionem præſentationis Patroni, factam ab Ordinario, & è contra per non admiſſionem intrat præſumptio negligentiæ, quia magis præſumitur pro Ordinario non admittente, quam pro Patrono præſentare volente; *Lambertin. ſupra num.* 7.

21 Secundò. Limita ſi impeditus proteſtatus ſit de impedimento, quia per talem proteſtationem, ſicuti non incurrit moram, ita neque præſumptionem negligentiæ, *Baver. de mora p.* 1. *num.* 13. *poſt Bartol. in l.* 1. §. *dies ff. quando appellandum ſit*.

22 Tertiò. Limita ſi impedimentum ſit notorium, aut ex parte Judicis, ſeu Epiſcopi, quia tunc etiam abſque proteſtatione evitat moram, & præſumptionem negligentiæ, *Baver. d. num.* 13., *& Bartol.* loco citato.

23 Fallit duodecimò, in caſu, quo aliquid à pluribus communiter poſſideatur: illud enim ſi pereat, vel deterioretur, ex negligentia poſſidentium periiſſe, vel diminutum præſumitur; eo quia, quod communiter poſſidetur, communiter negligitur: *l. meminimus V. naturale quipe eſt C. quando, & quibus* 4. *pars lib.* 10. *Loſeus tract. de univ. p.* 3. *c.* 7. *num.* 1. *Jo: le Cirier. in tract. de primogenit. in vol.* 12. *tract. q.* 7. *p. lib. num.* 6.

24 Ex quibus ſequitur, quod communitas inquiſita de negligentia, in capiendo quoſdam homicidas, *ex Bartol. conſ.* 102. *incipit cariſſime domine num.* 5., habet probare ſuam diligentiam, & quibus modis poſſit eam probare: *Maſcard de prob: concl.* 519.

25 Fallit decimotertiò in hærede, vel legatario habente onus celebrare faciendi anniverſarium, vel miſſas certa die, menſis, & anni, cum pacto reſolutivo, quod in caſu negligentiæ tranſeat ad aliam Eccleſiã, tunc enim elapſo die ſtatuto hæres, ſeu legatarius præſumitur negligens, ita ut ipſo jure legatum, ſeu hæreditas tranſeat ad aliam Eccleſiam; *Antonel. de tempore legali lib.* 4. *c.* 15., *&* 16., *Mareſcot. variarum reſol. lib.* 2. *c.* 124. *num.* 32., tunc enim in pœnam inobedientiæ, & negligentiæ teſtator imponit privationem bonorum, & ſic contraveniens voluntati teſtatoris, efficitur indignus hæreditate: *l. poſt legatum ff. de his*

quæ

quæ ut indign., *c. ex eo de reg. Jur. in* 6., *Cravet. conſ.* 1. *num.* 3., *Alex. conſ.* 127. *nu.* 2. *V. aut voluntas lib.* 7., *Theſaur. lib.* 2. *q.* 2. *num.* 20., ubi *Rota*, *Ciarlin. controv. for. lib.* 2. *c.* 126. *num.* 25., ubi *num.* 27., ſive hæres, ſeu legatarius contraveniat committendo, ſive negligendo, & omittendo, quia utroque modo contravenitur voluntati teſtatoris, ut eſt tex. ſatis clarus *in l. unica C. de iis, quæ pænæ nomine ibi*. Si minus diſpoſitionibus ſuis hæres, vel legatarius parverit, ubi *gloſ. in V. Si minus*, explicat, ideſt (*ſi non;*) Pro ſolutione autem contrariorum videatur. *Ciarlin. loco ſupra citato*, *Peregrin. de fideicom. art.* 16. *num.* 126. 127., *Pariſ. conſ.* 19. *n.* 226. *lib.* 2., Vide infra de neglig. hæredum.

26 Fallit decimoquartò, in exequtore legatorum Piorum, qui ſi per annum diſtulerit, poſt monitionem Epiſcopi, exequi legata in teſtamento relicta, ſtatim exequtio devolvitur ad Epiſcopum, quia præſumitur negligentia in exequtore, *c. nos quidem de teſtam.*, ubi *Barboſa num.* 2., dicit unicam ſufficere monitionem; & de offitio, & poteſtate Epiſcopi *alleg.* 82. *num.* 24.: Ita ut Exequtor negligens non admittatur ad purgandam moram, quia terminus eſt conſtitutus à lege. *Sanchez. de matrim. lib.* 6. *d.* 22. *nu.* 4., *Diana p.* 8. *tract.* 5. *reſol.* 54.

27 Fallit decimoquintò, in hærede, qui in tempore à lege ſtatuto, non conficit inventarium juxta *l. fin. C. de jur. deliber.*, tunc ita præſumitur negligens, ut nequeat moram purgare, ut poſt *Caroc. tit. de mora num.* 38., *& ſeqq.*, *Antonel. de temp. leg. lib.* 4. *c.* 15. *nu.* 16.

28 Fallit decimoſextò, in Emphiteuta, ubi in conceſſione fuerit appoſitum pactum reſolutivum, nam facta declaratione caducitatis per dominum, ita præſumitur negligens, ut neque admittatur purgatio moræ. *Caroc. tit. de mora nu.* 33., *Antonell. de temp. leg. lib.* 4. *c.* 15. *num.* 11., *Fulgin. de Emphiteuſis tit. de ſolut. can.*, *& q.* 6. *num.* 22., *Statil. de Salviano interdicto inſpect.* 5. *c. unico num.* 197., *Borell. ſumma deciſ. tit. de Emphiteu. num.* 180.

Quamquam *Fulgin. d. num.* 22. contendat oſtendere, quod etiam de Jure Canonico in caſu prædicto, liceat celeri ſolutione, moram purgare, dummodo mora parua ſit, unius ſcilicet, vel duorum dierum.

29 Fallit decimoſeptimò, in eo, qui eſt negligens in curandis minoribus, putà in cura domus familiæ ſuæ, quia tunc multò magis præſumitur negligens in majoribus, ubi major cura exigitur, putà in cura Eccleſiæ Dei, ſic qui negligens eſt in cura familiæ ſuæ non debet eligi in Epiſcopum, propter præſumptã negligentiam in ea curanda, & regenda, undè *D. Paulus* 1. *ad Thimoteum c.* 3. ſcribit (*ſi quis Domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit,*) & refertur *in c. ſicut ij §. neceſſe eſt diſt.* 47., ubi *gloſ. in V. neceſſe eſt*, ait, qui negligenter ſuos gubernavit, præſumitur contra eum, quod circa extraneos futurus ſit magis negligens, ita quoque qui eſt negligens in majoribus, & rebus magni momenti, præſumitur futurus negligens in minoribus, quia ſolet homo prudens majorem diligentiam adhibere in gravioribus, quam in minoribus ad tradita *per Bartol. in l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter in* 3. *col. ff. ex quibus cauſis majores*.

30 Fallit decimoctavò, in eo, cui mandata ſint duo, & in uno eſt negligens, tunc præſumitur futurus negligens, & in alio *c. ſcribam de præſumpt.*, *gloſ. in c. ſi capitulo in V. vocatione ad finem de conceſs. præb. in* 6. niſi tamen ſit major ratio.

31 Fallit decimononò, per lapſum temporis, præſumitur negligentia *gloſ. in c. ſi autem*, ubi *Felin. num.* 3., *Menoch. de recuper. poſſeſs. remed.* 7. *q.* 5. *num.* 21., & in hac negligentia præſumpta, fundatur tota legalis diſpoſitio de præſcriptionibus, ut de præſcriptione ſtatutaria notat *Pigant. ad Statut. Ferrariæ lib.* 2. *rub.* 128. *num.* 3., ubi *num.* 34. *V.*, & quod major negligentia conſideratur in eo, qui mandatum obtinuit; quia (ut dicam infra c. 13.) præſcriptio eſt effectus negligentiæ veræ, aut præſumptæ, licet ubi negligentia ſit præſumpta, tunc competat remedium reſtitutionis in integrum.

32 Fallit vigeſimo, quoad Deum, quia abſque probatione, aut monitione punitur omnis negligentia, quia ei nihil eſt occultum. *Felin. in c. ſi autem ſub num.* 3. *V. Secundo* limitat de reſcript.

ARTICULUS XIII.

Quomodo negligentia probetur.

DIximus præcedenti articulo, regulam eſſe, quod negligentia non præſumatur, ſed veniat probanda ab eo, qui in ea, sè fundat; modò quærimus, quomodo negligentia probari poſſit. Videatur *conſil. Bart.* 102. *Vol.* 1.

1 Præmitto, quod negligentia abſolutè, & ſimpliciter ſumpta, ſicut negatio abſolutè ſumpta, nequit ullo modo probari, neque directè, neque indirectè, putà, quod aliquis nunquam contraxerit matrimonium; quæ negligentia, & negatio dicitur abſolutè, & ſimpliciter, quia non coarctatur loco, nec tempore, nec perſona, & de hoc eſt bona, *gloſ. in c. bonæ memoriæ il primo*, *in Verſ. per rerum naturam de elect.*, *Abbas ibid. num.* 13., quia hæc negativa eſt indeterminata, vaga, pura, & improbabilis. *Maſcard. de probat. concl.* 1092. *num.* 3., ideò negativa, ſeu negligentia hæc, (tu non obtinuiſti licentiam à Daciario, &c., à Superiore, &c., non petiiſti conſilium, &c.), ut potè ſimplex, & abſoluta, nullo coarctata loco, tempore, improbabilis dicitur, quia eſt neceſſe probare de qualibet parte temporis. *Cravet. conſ.* 1. *num.* 10., in quo caſu allegans affirmativam, putà petiiſſe licentiam, conſilium, &c, tenetur probare, quia negativa, & quia impoſſibilis probationis, cenſetur probata, dum non probatur in contrarium; *Bald. conſ.* 79. *lib.* 2.; *Conciol. allegat.* 79 *nu.* 4., *Ciriac. controv.* 519 *num.* 14., latè de hac negativa indeterminata, & de negativa reſtricta, & coarctata tractat. *Ancharan. in c. bonæ il* 1. *n.* 5. *Verſ. quarto opponitur de elect.*, ubi videtur dicere, quod negativa coarctata, directè probari poſſit, & cadat ſub ſenſu, putà quod non ſit raſura, in ſcriptura, quia oculus id intuetur; verum ſi benè attendatur, ſolùm concludit, de probatione indirecta, quia quod raſura, aut caſſatura, non appareat, id colligitur, ex poſitivo apparente benè formato, ex quo ſequitur negativa, nihil eſſe caſſatum.

Qua propter dicebat *Bartol. conſil.* 102., vel non poteſt probari, vel difficilè; quia negligentia eſt, quid non formatum, cum ſenſu; non percipiatur, *Menoch. de recuperanda poſſeſſ. remed.* 7. *quæſt.* 5. *num.* 19.

2 Ex ea difficultate probationis; orta eſt regula vulgata; (quod duobus teſtibus affirmantibus, magis creditur, quàm mille negantibus) *gloſ. in l. diem profere §. ſi plures in Verſ. conſenſerunt ff. de recep. arbitr.*, *Gabriel. de teſtibus concl.* 4. *num.* 1., *Maſcard. de probat. concl.* 70. *num.* 2., *Fran. Curt. in tract. de teſtibus concl.* 25. *num.* 54., Abbas tamen *in d. c. bonæ memoriæ num.* 13. *verſ. quod ergo*, *& Maſcard. concl.* 70. *num.* 5., limitat eam regulam, ut non habeat locum, in negativa coarctata, ſed in negativa credulitatis, vel purgationis, *c. ad noſtram de prob.*, eamdem regulam pariter declarat *Fran. Curt. tract. de prob. num.* 54. *concl.* 25., *& concl.* 26., intelligi in probanda negligentia ſimplici, & abſoluta, & nullatenus coarctata, removendo ſenſum ab actu, (ut dicam infra) *Gabriel. in d. concl.* 4. *num.* 3., *Curt. ſupra num.* 55. dicit in probatione, procedere à pari affirmativa, & negativa, ubi etiam, quod fallat, in criminibus, *Maſcard. ſupra num.* 10., quia tunc magis creditur teſtibus negantibus crimen, quam affirmantibus; ratio erit, quia negantes, habent præſumptionem Juris, pro sè quod ſcilicet delicta non præſumuntur, *juxta theoricam Baldi in l. ſi quis diuturno ff. ſi ſervitus vindicetur*, *Roman. conſ.* 241. *incipit Spectabiles Domini Collaterales num.* 5., *ideò gloſ. in c. Clerici in Verſ. aliqui diſt.* 81. dicit teſtes laicos, deponentes pro non crimine, præponendos eſſe clericis, deponentibus pro crimine. *Gabriel. de teſt. concl.* 4. *n.* 1. *infin.*, *& num.* 10.

3 Et quidem primò, negligentia, ab aliquibus dicitur probari, ſi probemus, quod is, quem dicimus negligentem, facere potuit, & non fecit, ad allegata *per Giurbam deciſ.* 4. *num.* 5.. Verùm lex dictum ſupponit, quod potuerit, & non fecerit; quæ duo adhuc ſunt probanda.

4 Probatur ergo primò, præſumptive per lapſum temporis ſtatuti à jure, vel ab homine, ad aliquid faciendum, probata requiſitione, & cauſam fuiſſe inſtructam; *Felin. in c.*